mirabilem hominum multitudinem continentem contra Roggerium Siciliæ comitem, qui faciebat se vocari in tota terra sua regem Italiæ. Hic inquam exercitus Pisanorum cepit Amalfiam cum civitatibus ~~[illegible]~~ iuxta sepositis quatuor, sed civitatibus captis, de consilio eorundem captivorum factum est ut irent obsidere arcem quæ dicitur Lefracte, ubi magna parte Pisani exercitus existente venit exercitus militum, et peditum præfati comitis, et fugavit exercitum Pisanorum qui erat ibi. Horum tamen alii salui remearunt, alii in via capti, et occisi, alii ab ipsis militibus detenti fuerunt. Post bienium quoque fecerunt, iidem Pisani exercitum non modicum contra eundem comitem, et ceperunt easdem civitates Amalfiam, Rivellum, Ascani* Scalam, et Scalectam, et multo magis expoliaverunt eas quam primum*, quibus triumphatis venerunt Salernum, et coegerunt eum ad deditionem. Existentibus domino PP. Innocentio, et imperatore Lothar, in partibus eisdem. Dolose tamen

IIII F.

item F.

* Arni F.

* primo F.

Inn. Loth.

dolose